

Q. XII, 389



Q XII. 382

(cat. 5, 385)

A N E C D O T A  
QVAEDAM  
ROTLEBIENSIA HISTORIAM HVIVS VILLAE  
PLENIUS EXPLICANTIA.

N A T A L I L V C E  
P E R I L L V S T R I S  
A T Q V E  
E X C E L L E N T I S S I M I  
D O M I N I  
A N T O N I I F R I D E R I C I  
D E B E V L W I Z,

DYNASTAE ROTLEBIAE, EICHICHT, LOEHMAE,  
M V N S C H W I Z C E T.

SERENISS. PRINCIPIS SCHWARTZBURG. RV-  
DOLSTAD. A CONSILIIS INTIMIS, CANCELLARII  
SPLENDIDISSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS CONSI-  
LIORVM PUBLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE HERIN-  
GENSIS AC STRAVSBERGENSIS DIOECETAE  
MVLTO SPECTABILIS CET.

D. XXIX. IANVAR. MDCL.

LAETIS AVSPICIIS REDEVNTE,  
PRIORIBVS ADDIT COMMENTATIONIBVS ET QVAEVIS  
BONA, FELICIA, FAVSTAQVE DEVOTE

PRECATVR

IOANNES FRIDERICVS MüLDENER.

FRANCOHVS A E, LITERIS KEILIANIS.

ALB 1000  
ROTENBERGIA HYGROMETRUS ALTAE  
HABITATUR IN ALPIS ET MONTIBUS  
CUM VITRINA ET THERMOMETER  
INSTRUMENTA  
D. J. R. I. D. E. R. I. O.  
S. P. A. L. U. L. S.  
SERVANS PRINCIPIS SCHWARTZBURG AV  
D. C. S. T. O. X. C. O. N. S. H. G. U. R. G. C. I. N. C. E. R. I. T. R. I. M.  
T. O. R. A. M. H. I. C. T. O. C. H. U. C. C. U. S. T. R. I. C. E. R. I. T. R. I. M.  
G. E. N. Z. S. T. R. I. C. E. R. I. T. R. I. M.  
A. B. B. O. M. A. N. A. X. H. T. E. R. I. M.  
G. E. N. Z. S. T. R. I. C. E. R. I. T. R. I. M.  
I. O. A. N. S. R. I. C. E. R. I. T. R. I. M.  
M. I. C. K. A. R. I. C. E. R. I. T. R. I. M.

Vir

Perillustris atque Excellentissime,  
Mecoenas pio deuenerande  
cultu.

**M**ore, quo coepi, nec Tibi, quod maximum est, nec exteris, ingrato, antiquitates patriae, uel ex literis uetus, uel ex scriptoribus, plenam fidem merentibus, exponere nunc lubentissime pergo, eo praesertim die, qui calamum incitat, non ad uota concipienda solum, sed etiam ad historias terrarum Schwarzburgiarum uberius explicandas, &, quantum fieri potest, magis magisque illustrandas. De uilla Rotlebia uariisque ad eam pertinentibus rebus saepe quidem iam antea scripsi, adeo, ut nihil amplius restare putarem: ast, uti dies diem docet, ita uaria quoque se mihi obtulerunt sponte, quae non relinquenda censui, quod ad uberiorem commentatorum de antiquitatibus huius loci hinc inde publicatarum explanationem non solum multum faciunt, sed & abunde docebunt, me uario modo posthaec meliora doctum suisse.

I.) Licet enim uillae Rotleiae saepe meminerim, I.) De origine  
eamque, pristinis temporibus, saeculo nempe duode-

X 2

vocis Rotle-  
biae,  
cimo

cimo (a) decimo tertio (b) decimo quarto (c) *Ratheleiben*, *Rathelyben*, *Roiheleiben* & *Roteleiben*, postea uero, subsecutis nempe saeculis (d) & recentiori aeuo, *Rotelobin*, *Rotheleben* & *Roteleben* denominatam fuisse, satis superque demonstrauerim, deriuationis uerbi tamen nullibi mentionem feci, quam compositionem esse ex uerbo Germanorum *raden*, *roden*, *ausraden*, *ausroden* & uoce *Leybe*, quae casam seu domicilium, omnium consensu, denotat, forsitan negabit nemo, ita, ut *Ratheleiben* seu *Rorheleiben* & recentius *Roteleben* indiget locum, antea paludinosum & incultum, nunc uero per extirpationem arundineti arborumque ad incolendum aptatum, nouumque: Quod eo magis credendum existimo, quo certius est, maiores nostros per uocem *Roth* intellexisse plerumque *nouale* (e) & per uerbum *Rodeland* seu *Radeland*

- (a) conf. *Schedias. de anno 1746.* uitas quorundam Rotleb. Dynastar. Saeculi XVI. exponens, ibique Docum. lechaburg. de ao. 1125.
- (b) conf. *Schedias. de Illustri Lupinor. familia Rotleiae conspicua de ao. 1743.* ibique diploma ao. 1300. exaratum.
- (c) vide commentat. de patronis eccles. Rotleb. de ao. 1740. ibique docum. de ao. 1319. item de Conrado, Hermanno, Henrico & Iohanne Dynastis 1744. & chartas anno 1312. nec non anni 1362.
- (d) conf. *Schediasmata mea uitas Dynastar. Rotleb. exponentia de anno 1745. 1746. 1747.*
- (e) vid. Dipl. ap. B. Leuckfeld. in *Antiqq. Walckenred.* p. 359.

*de land, & Radefeld bona noualia agrosue nouales* (f) aliter a G. 7. V. 8  
b. f. 1. 24  
m. d. 1. 21  
a. u. 1. 21  
1. 21  
ipsamque denominationem castri principalis, *Rathsfeld*  
dicti, ab eadem uoce necessario deducendam esse, quod  
alio loco, si Deo placuerit, probandum fuscipio.

II.) Deinde in memoria patronorum ecclesiae Rot-  
lebensis, 1740. auspiciatissimo hoc die natali, repetita,  
posui quidem, ius illud patronatus usque ad Refor-  
matiōnis tempus Cistercienses uirgines Francohusa-  
nas retinuisse, ex quo demum ad Illustrissimos Comi-  
tes Schwarzbūrgicos transierit; ast postea certior fa-  
ctus sum ex Codice quodam manuscripto, praenōmi-  
natas moniales ius patronatus Rotlebiense iam anno  
1446. resignasse, istudque Henrico Schwarzbūrgen-  
sium Comiti Illustrissimo tradidisse: quod pro supplen-  
da historia hic non praetereundum duxi.

III.) In memoriam porro reuoces, obsecro, *Vir Perillu-*  
*stris atque Excellentissime*, me, rerum documentis tunc  
destitutum, in commentatione de uillis Rotlebiā  
iuxta sitis olim, nunc destructis, definire non potuisse,  
qui uocatus fuerit pagus, in quo sitae fuere uillae,  
Rotlebia, Helmsdorf & Hermstadium, nunc uero cer-  
tissimis atque indubitatis fretus documentis, codici-  
busque manuscriptis, certus affirmare quo, comme-  
moratas uillas ad pagum *Nebelgau* olim relatas fuisse,  
qui septentrionem uersus tangebat pagum *Helmgau*,  
ad meridiem uero pagum minorem *Wippergau*, prout  
alibi fusius probatum dedi. (g)

IV.)

(f) conf. Dipl. ap eundem in *Antiqu. Kelbian.* p. 166. & Il-  
lustr. Dn. Hallbauer. *Anleitung zur politischen Beredsamkeit*  
c. II. §. 41. p. 179.

(g.) *Vide historische Nachrichten von dem Cistercienser-Normen-*  
*Closter zu Frankenhausen* c. I. §. XI. p. 23. 24. 25. 26.

<sup>11)</sup> De iure pa-  
tronat. Eccles.  
Rotlebiens.

IV.) De villa  
Hermstedt,  
Rotlebia m  
uersus olim  
sita.

IV. Ceterum de villa *Hermstedt*, Rotlebam iuxta  
olim sita, uaria recitau quondam documenta (h) qui-  
bus nunc subsequens adiicere non alienum existimo,  
ex quo uidere licet, Fridericum Seniorem, Comitem  
Beichlingensem, eiusque Filium Fridericum, anno 1305.  
tres mansos, sitos apud villam *Hermenstete*, (quae nunc  
deuastata iacet) sanctimonialibus Kelbranis, praesen-  
tibus multis Nobilibus Thuringicis, donauisse:

In nomini Domini, Amen. Confirmari & aeterna-  
ri debet quaevis actio solemni testimonio litterarum, ne  
perire possit prolixo temporis intervallo. Nos igitur Fri-  
dericus Dei gratia Comes Senior de Bychelingen, nec  
non Fridericus filius noster, tenore praesentium pro-  
testamur, & ad notitiam omnium, quibus praesens  
scriptum fuerit exhibitum, volumus pervenire, quod  
nos divinae retributionis intuitu, nec non devotis pre-  
cibus Sophiae Filiae nostrae favorabiliter inclinati, tres  
mansos, sitos apud villam *Hermenstete*, quos Sifridus  
Baurus, civis Northusanus à nobis feudo tenuit, Ec-  
clesiae ac Conventui Sanctimonialium in Kelbra Deo  
dedicatarum appropriavimus, perpetuis temporibus  
possidendos. Testes huius rei sunt Sifridus miles de  
Walhusen. Reynhardus miles de Aldendorf. Con-  
radus miles de Bennungen. Albertus miles de Wer-  
ter, Fridericus Luppini & Christianus frater suus.  
Conradus de Tutchinrode. Albertus de Turchenrode,  
Ulricus de Bymarrode & Heyno de Wehsungen.  
Henricus de Libenrode & alii plures fide digni. In  
amplorem vero certitudinem & invariabilem firmi-  
tatem

(h.) In comment. cit. de villis Rotlebam sitis, nunc de-  
structis.

tatem praemissorum sigillum nostrum praesentibus  
est appensum. Datum in Kelbra anno Domini  
MCCC. quinto, in crastino ascensionis Domini.

V.) Denique, uariis quidem motus diplomatibus  
scriptoribusque fide dignis, credidi, Rotlebiam nostram  
simul cum *Hermstadio* villa statim à Comitibus Beich-  
lingensibus ad Illustrissimos Comites Schwarzburgicos  
saeculo decimo quarto peruenisse: (i) uerum indaga-  
tor rerum Schwarburgicarum solertissimus, Paul.  
Jouius (k) me postea docuit, Hermstadium saeculo  
dicto ad Dynastiam S. R. I. liberam Heldrungensem  
pertinuisse, siquidem hic P. Jouius memoriae prodi-  
dit, quod Fridericus Dynasta Heldrungi, & miles,  
prout uocatur, famosus, primo mensis Augusti 1324.  
uillam Hermstadium, cum omnibus, ad eam per-  
tinentibus, iuribus, Heinrico Juniori Hohnsteinensium  
Comiti uendiderit, adhibitis inter alios testibus, Fri-  
derico de Werter. Heinrico de Kuzleben, Friderico  
de Germar, Friderico de Wolckramshausen, pluri-  
busque uiris probis & conspicuis. Ex quo tuto colli-  
gi potest, non Comites Beichlingenses solum, sed &  
Dynastas Heldrungenses, nec non Hohnsteinenses &  
Schwarzburgicos Comites Hermstadio quondam im-  
perasse, usque dum temporum iniuria pagus iste plane  
destructus fuerit, agrique ad eum pertinentes ab in-  
colis Rotleiae uicinis occuparentur.

Haec

(i) conf. comment. m. de illustri Lupinorum familia, Rotle-  
biae quondam conspicua.

(k, in Chron. Schwarzb. MSpto P. V.

Haec sunt anecdota; *Vir Perillufiris atque Excel-*  
*lentissime*, quae reliquis de Rotlebia & Hermstadio  
uilla, nunc desolata, commentationibus, addere non  
dubitau. Faxit Deus Ter Optimus Maximus, ut  
eximia, quae Rotlebiae possides, bona, destruantur  
nunquam, in dies potius augeantur firmenturque!  
Summum Numen clementissime porro concedat,  
opto, ut felicissimus eorundem per multos adhuc an-  
nos sis possessor, ut bene uertat, quod agis, ut sem-  
per sis saluus cum *Generofissima Tua Domo*, & ut  
demum exoptatus iste dies laetis auspiciis saepe re-  
uertatur. Dabam Francohusae d. **XXIX.** Januar.  
**MDCCL.**







Po 27a 2307

ULB Halle  
003 871 193



3

VD18

Sb.

n.P.



B.I.G.

Farbkarte #13



A N E C D O T A  
QVAEDAM  
ROTLEBIENSIA HISTORIAM HVIS VILLAE  
PLENIVS EXPLICANTIA.

N A T A L I L V C E  
P E R I L L V S T R I S  
A T Q V E  
E X C E L L E N T I S S I M I  
D O M I N I  
A N T O N I I F R I D E R I C I  
D E B E V L W I Z,

D Y N A S T A E R O T L E B I A E , E I C H I C H T , L O E H M A E ,  
M V N S C H W I Z C E T .

S E R E N I S S . P R I N C I P I S S C H W A R T Z B V R G . R V -  
D O L S T A D . A C O N S I L I I S I N T I M I S , C A N C E L L A R I I  
S P L E N D I D I S S I M I , P R A E S I D I S A C D I R E C T O R I S C O N S I -  
L I O R V M P U B L I C O R V M G R A V I S S I M I , I T E M Q V E H E R I N -  
G E N S I S A C S T R A V S B E R G E N S I S D I O E C E T A E

M V L T O S P E C T A B I L I S C E T .

D . X X I X . I A N V A R . M D C C L .

L A E T I S A V S P I C I I S R E D E V N T E ,  
P R I O R I B V S A D D I T C O M M E N T A T I O N I B V S E T Q V A E V I S  
B O N A , F E L I C I A , F A V S T A Q V E D E V O T E

P R E C A T V R

I O A N N E S F R I D E R I C V S M ü L D E N E R .

F R A N C O H V S A E , L I T E R I S K E I L I A N I S .